



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

xxx. De Regulatibus, ac Monachis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

Diaconi & subdiaconi. Qui vero nec in sacerdotio nec in sacris reperiuntur, ij sunt qui sunt in minoribus ordinibus constituti. Ceterum, quoniam adhuc quidam in Ecclesia sunt, qui non minus in laicatu, quam in clericatu constituti domino deseruiunt, ut sunt regulares ac monachi: restat, ut & de his pauca subiiciamus.

DE REGVLARIBUS, ac monachis,

TITVLVS XXX.

Regulariter ualeat argumentum à regulari ad monachum, & contra h. d.

Quoniam uero, siue de regularibus agendum sit, siue de monachis, eadem ferè iura seruantur, ne uerbosa fiat euagatio, dirigamus sermonem in personas monachorum: idem etiam intellecturi de regularibus cæteris. Nam si quid in ijs propriè seruetur, separatim ostendemus.

Ex triplici capite quis fit monachus, et impubes à patre traditus monasterio, post annum pubertatis potest redire ad seculum, si uelit. h. d.

Monachi sunt, aut ex paterna deuotione, aut ex propria professione, aut ex uoti emissionem. Ex paterna deuotione monachus quis efficitur, cum pater filios impuberes monasterio offert. Quo casu, si impuberes sacram tonsuram vel

uelamina susceperint, quinto decimo ætatis anno moneri debent & inquiri, utrum in ipso habitu permanere cupiant: si permansuros se professi fuerint, vel professionem à se prius factam ratam habuerint, ulterius poenitendi locum non habebunt: si uero ad secularem habitum reuerti maluerint, redeundi licentia concedenda erit, quia satis inutile est, ut coacta seruitia Domino præstentur. Qua etiam ratione constitutum est, ne quis inuitus ordinari debeat.

Si impubes præter parentum uoluntatem monasterium fuerit ingressus, possunt parentes intra annum reclamare: secus, si sit pubes. h. d.

Quod si impubes præter parentum uoluntatem tonsuram accepit monachalem, parentes id factum irritare ualent: sed si intra annum ad proprium Episcopum, uel alium competentem iudicem non reclamauerint, reuocare amplius non poterunt. Si uero in grandiori ætate adulescentes seruire Deo elegerint, non est potestas parentibus prohibendi.

Professio est duplex, tacita & expressa, et potest fieri etiam ante annum. h. d.

Propria professione monachus efficitur quis, aut expressè, aut tacitè. Expressè, ut si quis post annum probationis habitum suscipiens monachalem, regulis monasterij obstringi se uelle profiteretur. Si tamen ante

cap. 2. extr. de regular.

¶ ean. monachum. 20. q. 1.

¶ ean. illud aut. 20. q. 1.

tempus probationis regulariter prænitum^a, is qui conuer-
s cap. ad Apo ti desiderat, habitum recipit,
stolicam. e- & professionem emittit, Abba-
tr. cod. tit. te per se vel per aliū profes-
 sionem recipiente, regulari obser-
 uantia obligatur, & verè mona-
 chus est censendus.

Ex causa post annum potest professio dis-
ferri, ut si ingressus monasteriū sit incognitus:
Et seruus triennio in monasterio commoratus,
per monachationem fit liber. h. d.

Quemadmodum autem di-
 scerneret Abbas ex causa ante
 probationis tempus profes-
 sionē recipere potest, ita ex causa
b can. si ser- interdum proferre. Vnde^b si
uus, di, 54. quis incognitus monasterium
 ingredi voluerit, ante trienniū
 monachalis habitus conceden-
 dus non erit: ne, si fortè post an-
 num statim præsterit, postea
 seruus, aut aliàs inhabilis ad
 monasterium deprehendatur.
 Quòd si seruus per triennium
 in monasterio comoratus, po-
 stea monachus effectus fuerit,
 ex hoc liber etiam efficietur.

Ordinatus ignorante domino, si fiat mona-
chus fit, liber aliàs dominus potest intra annū
recipere seruum. h. d.

Quinimò^c si priùs ignorā-
c can. si ser- te domino ad sacra ministeria
uus. ubi Glo. ordinatus, monachus fieri ele-
dist. 54. gerit, iugum seruitutis euadet:
 aliàs intra vnus anni spacium
 domino & seruilem fortunam
 probare, & seruum suum reci-
 pere licebit.

Prædicatores, Minores, & Mendicantes,
non possunt profiteri ante lapsum anni, & re-
cipientes professionem puniuntur. h. d.

Quòd^d tamen de facultate
 recipiendi ante annum profes-
 sionis dicitur, non est perpe-
 tuum. Prædicatores enim &
 Minores, alijsque mendican-
 tium ordines ante annum pro-
 bationis elapsam, quenquam
 ad sui ordinis professionem,
 vel seculi renunciationem fa-
 ciendam, recipere non pos-
 sunt. quòd si fortè contra fe-
 cerint, & is qui sic receptus fue-
 rit, eorundem ordini mini-
 mē alligabitur, & receptores à
 receptione ad professionē quo-
 rumlibet suspensi, tam excom-
 municationi, q̄ alijs pœnis,
 quæ huiusmodi regularibus p̄
 culpis infligi solent, grauiori-
 bus subiiciendi erunt.

Delatio habitus tacitam ostendit professio-
nem, & unusquisque debet se conformare cum
habitu quem gerit. h. d.

Tacitè proficitur quis, cū
 idoneis coniecturis apparet^e,
 quòd perpetuò vult domino in
 religione seruire, & vitam du-
 cere monachalem: vtputà, habi-
 tum post annum retinendo, v-
 bi is nouitijs & professis com-
 muni & indistinctus est^f: vel
 professorum habitum suscipiē-
 do, vbi is distinctus habetur.
 Vnde & Tolerano Concilio in-
 ductum est, vt clerici, qui se fin-
 gunt habitu & nomine mona-
 chos,

d cap. consti-
tutionem.
eodem tit.
in 6.

e cap. statu-
mus. extra.
cod. tit.

f cap. 1. §. 1.
cod. tit. in
6. cap. ex
parte. extra.
cod. tit.

chos, & non sunt, corrigantur, & veri monachi fiant.

Ponit differentiam inter expressam & tacitam professionem. h. d.

Vtrum autem quis expressè professus fuerit, an tacitè, interdum multum interest. Expressa enim professio, etiam seculari habitu non mutato^a, illi religioni præcisè obligat quam quis professus fuerit. Tacitè^b verò facta infra probationis annum, per habitus, qui profitentibus tantum datur, susceptionem, non illi specialiter, cuius est susceptus habitus, sed generaliter religioni recipientè obligat, dum tamen legitime sit ætatis, ac sciens & prudens triduo in eius habitus delatione persevererit.

Beneficium non uacat per religionis ingressum ante professionem, nisi de consensu ingressi. h. d.

Et si contigerit eum, qui religionem ingreditur, beneficium retinere^c, intra probationis annum non erit alicui conferendum: sed interim per aliū assignata sibi congrua de prouentibus portione, beneficio inserviendum erit. Si tamen ingressi ad id accedat assensus, aut quòd vitam mutare voluerit, liquidò appareat, aut legitimam professionem emisit, beneficium alteri liberè conferri poterit.

Qui vitam regularem uouit, monasterium

ingredi debet, non obstante quòd fuerit prælatum consecutus. h. d.

Is quoque, qui votum de ingressu religionis compos mentis emisit, ut monachus fiat, cogendus erit. Usque ad eò enim Deo voti ligat emissio, ut etià si quis post votum prælaturam fuerit consecutus, Domino tamen promissa reddere sit compellendus.

Per uotum solenne derogatur simplici. h. d.

Illud quæri potest, Si quis post votum^d de certa religione intranda emissum, aliam religionem etiam laxiorem ingrediatur, & in eadem profiteatur, ibidemne possit, voto non obstante priore, licitè remanere? in qua specie, cum per secundum solenne votum priori simplici derogari potuerit, responsum est, posse monachum in ea religione, in qua professus est, remanere: eidem tamen pro voto non completo, pœnitentiam imponendam. Est autem in proposito votum simplex, quod non est aliqua professione munitum. Solenne verò est, quod quis per professionem tacitam, vel expressam comprobauit.

Semel factus monachus, cogitur remanere in monasterio. h. d.

Is igitur, qui legitima in ætate constitutus, habitum semel induit spontè, religiosum propositum vltro susceptum deferere nõ poterit, sed proprio Abbati

h

^a cap. non solum. §. sed expressè. de regularibus. in 6.

^b d. cap. non solum. §. facile.

^c cap. beneficium. eod. tit. in 6.

^d cap. per. eod. de tit. in 6.

obediens, in castitate in proprio deget monasterio.

Monachus nō potest aliquid proprium habere, nec contra hoc potest Papa dispensare. h. d.

a cap. cum ad monasteriū. extra. de statu monaci. o.

Sed^a nec aliquid proprium possidere debet: & si quid habet, totum in continentem resignabit. Nam abdicatio proprietatis adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Et si proprietas apud quenquam inuenta fuerit in morte, is est Christiana sepultura priuandus, & sepultus exhumandus: prout etiam beatus Gregorius, se fecisse narrat.

Potest monachus transire solum in arctiorem religionem & si dubitetur, an sit arctior, in quam monachus uult migrare, statuit iudicio Abbatis. h. d.

b cap. Joānes. ext. cod. tit.

Sed nec temerè monachus de monasterio^b in monasteriū migrare permittendus est, nisi monasterium, ad quod transitū facere cupit, districtius existat.

c cap. licet ex quibusdam. ext. cod. tit.

Quo^c calu, nullo obstante priuilegio, prelati monacho sine difficultate debet transeundi licentiam indulgere, ne videatur propositū impedire diuinitus inspiratū. Quod si fortè probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad ordinem arctiorem transire, an ad laxiorem, ex charitate, an ex temeritate, superioris est iudicium requirendum, ne

fortè angelus Sathanę in lucis Angelum se transformet.

Mendicantes solum in ordinē Carthusiensium migrare possunt. h. d.

Mendicantibus^d verò approbatis, qui pretextu arctioris ducentis vitæ ad monasteriū confugiunt, etiam si auctoritate Apostolica fuerint muniti, Clemens quintus, sacro approbante Concilio, interdixit ne vocē aut locū in Capitulo talis monasterij haberent, neve ad prioratus administrationes, aut quecunque officia assumi possent. Sed nouissimè^e Martinus quartus omnino vetuit, Mendicantes ad aliquem monasticum ordinem, excepto ordine Carthusiensium, sine speciali sedis Apostolicę concessione transire: tam recipientibus, quam receptis, ipso facto excommunicationis pœnam incursum.

d Clem. 1. eod. tit. de regulis.

e Extr. 1. communi. de regulis.

Abbatibus debent perquirere fugitivos, & monachi non possunt præesse Ecclesijs parochialibus, licet secus sit in regularibus. h. d.

Fugitiuus^f verò debent Abbatibus sollicitè perquirere, & ut ad monasterium & frugem melioris vitæ reuertantur, oportunitis remedijs prouidere, nec ordinarios qui eorum suppleant negligentiam, expectare. Singuli quoque monachi per villas, & oppida non debent discurre, nec per quascunque parochiales Ecclesias disponi: quod in regularibus, cum regulæ inserui-

f cap. fin. ext. cod. tit.

g cap. 2. extr. de statu monachos.

seruiant laxiori, specialiter cautum non inuenitur. Ideoque, ^a illis cum minori difficultate parochialibus Ecclesijs præesse permittitur.

a. ca. quod Dei. de stat. monach. extra.

Quomodo & quibus sit eligendus in Abbatem. h. d.

Vt autem inuiolabiliter monastica disciplina custodiatur, de congregatione monachorum Abbas eligendus est ^b, quem ordo vitæ & meritum magis poposcerit ordinari, ut vni tantum præsit monasterio, qui cautus sit in regimine, humilis, & discretus, & cui monachi cum omni obedientia & deuotione subiaceant.

b. can. Abbatem. cum duobus seq. 18. q. 2.

Non professus non potest eligi in Abbatem, sed bene in Episcopum. h. d.

Et propterea cum in magistrum ^c assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, qui subesse non nouit: Religiosus, qui regularem ordinem antè non fuerit expressè professus ^d, in Abbatem, vel ad aliam regularium prælaturam eligi non poterit: quãquam ad Episcopalem dignitatem, talis in secularibus vel regularibus Ecclesijs eligi minimè prohibeatur.

c. cap. cum in magistrum. extr. de elect.

d. cap. nullus religiosus. de elect. in 6.

Visitatores creandi, & quid agere debeant. h. d.

Visitatores quoque in capitulo creandi sunt secundum formam generalis Concilij ^e, qui visitationis officium exequantur, & omnia, quæ Viennensi concilio ^f constituta sunt, fideliter obseruari faciãt, & de statu monasteriorum, & obseruatijs regularibus diligenter inquirent: & tã in spiritualibus, quàm in temporalibus corrigant & reforment, quæ viderint corrigenda, & omnia secundum Honorianæ constitutionis tenorem prosequantur.

e. cap. in singulis. & c. a. seq. extr. de stat. monac. clem. 1. eod. tit. de stat. monach.

Non debet quis inuenire, uel fundare nouam religionem. h. d.

Nouissimè ^g sciendum est, generali concilio semel atque iterum cautum esse, ne quis in posterum nouam religionem inueniat: sed quòd, quicumque ad religionem conuerti voluerit, vnã de probatis assumat. Similiter etiam de ijs, qui religiosam domum de nouo fundare voluerint, cautum est, ut regulam & institutionem de probatis assumant.

g. cap. fin. ext. de religiof. dom.

FINIS LIBRI

primi.

h 2